BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 231r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



diatur moritur homo in vna die uel in tribus
sed de hoc infra dicetur · vbi singulares me-
dicinas ad singulare venenum inducam · Cap.
·A·ii· De signis et curis cuiuslibet singu-
laris venenum propinati Et primo de argento
Ille qui argentum viuum sumpserit do- viuo
lorem patietur intestinorum et laterum aut
grauedinem, et ad vltimum perducit ad epi-
lemsiam uel ad apoplexiam, et tunc cadit et
interficit Quod si fuerit extinctum uel sub-
limatum corrosionem facit intestinorum et mor-
suram et fit grauedo lingue et stomachi et
apostematur cor et moritur Et eius cura est
clistere cum adipe anatis · uel butiro, et de-
inde reiteretur cum aqua mellis, et si fuerit
creditum quod fuerit extinctum uel sublimatum
vomitus prouocetur, et hoc statim antequam ad
intestina descendat, quoniam tunc penitus in-
testina excoriaret et sanguinem exire faceret
et tenasmon induceret, tunc enim cum clisteribus
solum esset intendere, et expedita argenti
viui euacuatione erit intendendum ad acci-
dentia delicta, que tria esse consueuerunt
vnum, mala complexio humida et frigida in
intestinis, secundum est debilitas cordis, et tre-
mor, tertium vulnera in stomacho uel in intestinis.
Et primo opponemus nos cum rebus confortatiuis
stipticis calidis et desiccatiuis, dabimus enim
tunc mirram et castoreum decoctam in vino et
saluiam et rutam tritam et cum aqua in qua nuces.

·A·ii·

nota de argento viuo

229

231